Emendationes et observationes

in

Athenaei novissimam editionem.

Scripsit

Johannes Meyer.

PROGRAMM

des

K. Neuen Gymnasiums zu Regensburg

für das Studienjahr 1896/97.

Regensburg 1897.

Druck der Nationalen Verlagsanstalt (früher G. J. Manz).

Cum ante paucos annos editio nova Athenaei a Kaibelio, viro doctissimo, diligenter curata in lucem edita esset, Iw. de Mueller, vir illustrissimus idemque doctissimus, auctor mihi fuit, ut operam meam huic editioni impenderem. Atque rem aggressus hanc, ut philologus ait quidam, cornucopiam veteris doctrinae perlegi sperans messem uberem me facturum esse. Sed postquam plurimos locos cum ab aliis tum a Kaibelio, novissimo editore, emendatos esse intellexi neque facile esse negotium illis novas emendationes adicere, muneris suscepti aliquamdiu me paenitere coepit. Nihilominus animum non demittendum esse arbitratus sum et otii, quantum mihi suppeditaret, tantum Athenaeo tribuendum. Atque quoniam maiorem partem Athenaei et ipsam epitomatoris cuiusdam opera perfunctam ad nos pervenisse constat, utilissimum esse existimavi sensu explorato et inquisito rationem dicendi observantem addere, si quid addendum, aut delere, si quid delendum esse mihi videretur, deinde si quid ab aliis coniectum invenissem, examinare et disquirere, si quid bene mutatum cognovissem, hoc exemplis, quantum fieri posset, firmare, sin autem temere, refellere et reicere, denique si quid corrigendum investigavissem, quantum possem, emendare. Ex his multa ita exposita

esse, ut probabiliora quam certiora esse videantur, nemo mirabitur, qui Athenaeum penitus cognoverit. Hac ratione si quid contulero ad textum explendum et restituendum, satis me fructus percepisse profiteor maximamque capiam voluptatem, si quae per complures annos collecta in medium proferre ausus sum, viris doctis probentur.

Liber primus.

Pag. 1. (ed. Cas.) *ὑπόκειται δὲ τῷ λόγῳ Λαρένσιος . . . τοὺς κατὰ πᾶσαν παιδείαν ἐμπειροτάτους ἐν τοῖς αὑτοῦ δαιτυμόνας ποιούμενος.*

Kaibelius praeeunte Herwerdeno articulum *τοῖς* e textu sustulit; sed ego lectionem priorum editionum servandam esse opinor. Nam *ἐν τοῖς αὑτοῦ* non spectat ad extrema verba *δαιτυμόνας ποιούμενος*, quae mea quidem sententia adverbio locali non egent, sed ad ea, quae praecedunt, referendum est, ita ut idem valeat, quod *ἐν τοῖς καθ' αὑτόν*: ex aequalibus eruditissimos:

Ibidem b. *ἢ ἐπιλίποι μ' ἂν ἡ ἡμέρα —.*

Recte K. particulam *ἂν* optativo addidit, sed ante pronomen poni debuit, ut collocatur p. 507 *ἐπιλίποι δ' ἂν με ἡ ἡμέρα* et p. 20c *ἐπιλείποι δ' ἂν με οὐχ ἡμέρα.*

p. 3. *καὶ βιβλίων κτῆσις αὐτῷ ἀρχαίων Ἑλληνικῶν τοσαύτη ὡς ὑπερβάλλειν πάντας τοὺς ἐπὶ συναγωγῇ τεθαυμασμένους, —.* Post *συναγ.* requiritur pronomen *τοιαύτῃ.*

Ibidem d. *τοιούτους ἔδει καὶ τοὺς λοιποὺς εἶναι πλείους· ὡς τοῖς γε μὴ τοῦτο ποιοῦσιν ἐρεῖ τις 'τί μικρολόγος εἶ;' —.* Pro *πλείους* Adamus *πλουσίους* conicit, pro *ὡς τοῖς* K. *ὧν τοῖς*, ego pro *πλείους· ὡς* coniecerim *πλουτοῦντας* et, cum etiam verbum *ποιοῦσιν* ineptum esse mihi videatur, sic perrexerim legere: *τοῖς δὲ μονοσιτοῦσιν ἐρεῖ κτλ.*

Ibidem f. *καὶ Ἀριστοτέλης βασιλικοὺς νόμους ἔγραψε.* Pro *βασιλικοὺς ν.* fortasse scribendum est *συσσιτικοὺς ν.*, confer p. 585b *ἥτις καὶ νόμον συσσιτικὸν συνέγραψεν, . . . κατὰ ζῆλον τῶν τὰ τοιαῦτα συνταξαμένων φιλοσόφων.*

p. 5e. *ὅπως δηλονότι ἐν τοῖς θερμοῖς δυσκίνητος ᾖ.* K. pro *δυσκίνητος* substitui vult *δυσνίκητος*, quod adiectivum mihi minus probatur quam illud. Ego collato loco in Platonis re publ. 6 p. 503 D *ἐν τῷ πολέμῳ πρὸς τοὺς φόβους δυσκίνητα ὄντα* lectionem servari posse arbitror.

p. 7b. *αἳ γίνονται αὐτόθι ὑπέρ γε τὰς ἐν Σμύρνῃ μέγισται* —. K. in medio relinquit, utrum *μεγίστας* an *μεγάλαι* scribendum sit, ego secundum locum Athenaei p. 398f *τὸ μὲν μέγεθος ὑπὲρ ἀλεκτρύονα τὸν μέγιστον* malim scribi *μεγίστας.*

p. 9b. *ὁσιωτέρα γὰρ αὕτη ἡ θυσία θεοῖς καὶ προσφιλεστέρα ἡ διὰ τῶν οἰκείων.* Obiectum *θεοῖς* haud scio an rectius coniungatur cum altero adiectivo *προσφιλεστέρα* et transponatur post particulam *καί.* — Similis sententia legitur p. 674e.

p. 10c. *τὸν χανδὸν ἕλκοντα αὐτὸν βλάπτεσθαι.* Verbum *ἕλκοντα*, pro quo Brunkius collato Homeri versu φ 294 *ὅς ἄν μιν χανδὸν ἕλῃ* probabiliter *ἑλόντα* coniecit, Athenaeum in textum induxisse suspicor repetitum ex comicis poëtis, qui hoc verbo frequenter utebantur. Exempla comicorum apud Athenaeum vide p. 221a, 446, 459b; Clearchus hoc verbo usus est p. 687b *Παρράσιος . . . τὸ λεγόμενον ἐλευθέριον ἐκ ῥαβδίων ἑλκύσας.*

p. 11b. *ἐχρῶντο οἱ ἥρωες παρ' Ὁμήρῳ πρῶτον μὲν τῷ καλουμένῳ ἀκρατίσματι, ὃ λέγει ἄριστον.* Ante *καλ.* supplendum est *νῦν*, confer infra c *ὃ ἡμεῖς ἀκρατισμὸν καλοῦμεν.*

p. 14c. *ἀλλ' ἀποτρέπων αὐτοὺς παρανόμων ἔργων.* K. futurum *ἀποτρέψων* requirit, sed praesens servari posse ar-

bitror, confer similem sententiam p. 143d τοὺς γενομένους ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐπαινοῦσι, προτρεπόμενοι τοὺς νεωτέρους εἰς ἀνδραγαθίαν, aliud exemplum vide p. 627d.

p. 17e. αἱ φιλοτιμίαι ζητούντων εἰ λόγῳ ἢ μάχῃ αἱρεθῆναι δεῖ τὸ Ἴλιον. Verissime Schweigh. pro λόγῳ δόλῳ coniecisse mihi videtur intuenti Herodiani locum I, 14 ὡς μὴ δόλῳ καὶ ἀπάτῃ παρασπονδήσαντες ἠδικήσατε, ἀλλὰ δι' ὅπλων νικήσαντες ἐκρατήσατε.

p. 20b. οὐκ ἄν τις σκοποῦ πόρρω τοξεύων λέγοι. Fortasse verbis mutatis scribendum est τοξεύοι λέγων. Confer p. 258b, 302d, 433c.

p. 20c. τὰς ἐν τῇ Ῥωμαίων οὐρανοπόλει ἀριθμουμένας πόλεις. Probabiliter pro ἀριθμ. Wilam. conicit ἱδρυμένας, sed ego substitui malim καθιδρυμένας compositum, quod ad scripturam codicis propius accedit.

p. 22c. Ζήνων δὲ ὁ Κρὴς ὁ πάνυ Ἀρταξέρξῃ προσφιλέστατος. Particula πάνυ, pro qua K. genitivum πάντων ponendum esse arbitratur, tolerari potest, confer p. 50 ef, ubi eadem particula cum superlativo coniungitur: πάνυ γάρ ἐστιν ὡρικώτατα.

p. 23d. ἔστι δὲ εὑρεῖν καὶ ἐπὶ τῆς ἐννοίας ταύτης σπανίως τὸ ἀνακεῖσθαι. Kaibelii coniectura καίτοι σπανίως mihi magis probatur quam litotes οὐ σπανίως, quam Wilam. scribi vult, nam praeter exempla pauca, quae hoc loco afferuntur, duobus aliis locis apud Athenaeum verbum ἀνακεῖσθαι ita usurpatum videmus, confer p. 137b in Matronis convivio: μεστὸς δ' ἀνεκείμην et p. 156e in Parmenesci Cynicorum convivio: κατέλαβον δὲ κυνικοὺς μὲν ἀνακειμένους ἕξ.

p. 24. εἰς χόρον γὰρ ἐλθεῖν οὐκ εἶα τὸ πένθος. Recte K. mihi coniecisse videtur ἐσθίειν pro ἐλθεῖν, quod non solum, ut K. notat in Didymi schol. I, 222, sed etiam apud Pol-

lucem VI, 41 ὁ δὲ ἀπλήστως εἰς κόρον ἐσθίων ἀδδηφάγος legitur.

Ibidem. ἐπὶ δὲ τῶν ἀποπληρουμένων οὐδέποτε λέγει τὸ πάσασθαι, ἀλλ' ὁπόσα δηλοῖ κόρον. Pro praesenti ἀποπλ. perfectum πεπληρωμένων scribendum videtur.

p. 25 f. μόνῳ Μενελάῳ οὐ συνέζευκται γυνὴ διὰ γυναῖκα γαμετὴν ἡρπασμένην ... Ante γαμετὴν delendum est γυναῖκα, quod etiam alias omitti solet.

p. 27 b. Αἰκουανὸς κατὰ πολλὰ τῷ Συρεντίνῳ παρεμφερής. Propter κατὰ πολλὰ adiectivi forma simplex ἐμφερής, quae in textu codicis E traditur, rectior videtur esse, invenitur simplex etiam p. 26 e τούτῳ ἐμφερής et p. 27 c τῷ Φαλερίνῳ ἐμφερής.

p. 28 d. οἶνον γίνεσθαι ὃν πᾶσι συγκρινόμενον καλλίω εὑρίσκεσθαι. Quamquam antecedit πᾶσι, K. ante καλλίω inseri vult genitivum πάντων, ego substituto pro plurali πᾶσι singulari παντὶ sententiam sanatam esse opinor.

p. 31 d. χωρία δὲ ταῦτα τὰ καὶ πλησίον Πιτάνης. K. scribendum esse opinatur ταῦτα πάντα πλησίον, ego legi malim: ταῦτα Λακωνικὰ πλησίον.

Ibidem f. ὃς (sc. οἶνος) τοὺς μὲν ἄνδρας πινόμενος ἐξίστησι ... Aut delendum est πινόμενος aut addendum πλείων vel συνεχῶς. Apud Aelianum, qui in v. h. 13, 6 eadem tradit: ὃς τοῦ λογισμοῦ παράγει καὶ ἔκφρονας τοὺς Ἀρκάδας ποιεῖ, τὰς δὲ γυναῖκας ... pro Ἀρκάδας substituendum est ἄνδρας.

p. 32. τὰς ὀμφακώδεις συμπατήσαντες ἀπέθεντο. K.: 'τοὺς i. e. βότρυς'; sed articulus femininus τὰς tuendus est, supplendum enim est σταφυλάς, quod etiam saepius quam βότρυς legitur.

p. 33 b. καὶ εἰς ἀναπεπταμένον τόπον θετέον. K. mavult ἀποθετέον, sed propter ἀναπεπταμένον verbum simplex ego praetulerim.

Ibidem. *ὁ δὲ Ζακύνθιος καὶ ὁ Λευκάδιος διὰ τὸ γύψον λαβεῖν καὶ κεφαλὴν ἀδικοῦσιν.* Ea, quae praecedunt, intuens ante *κεφαλὴν* particulam *καὶ* delendam esse arbitror.

p. 34c. *καὶ τὸ παρὰ μόνοις αὐτοῖς ὡς νόμιμον ἐν τοῖς δείπνοις πρὸ πάντων ἐδεσμάτων κράμβας ἔσθειν ἑφθὰς μέχρι τοῦ δεῦρο παρασκευάζεσθαι.* K. *ἔσθειν* ut dittographiam textu movit, sed propter *πρὸ πάντων ἐδεσμάτων* verbum *παρασκευάζεσθαι* mihi sufficere non videtur. Si pro *παρασκευάζεσθαι* substitueris *προπαρατίθεσθαι*, quod p. 53c legitur, verbum *ἔσθειν* omitti possit. Ceterum Schw., qui post *ἑφθὰς* particulam *καὶ* recepit, non improbabiliter coniecisse videtur.

Liber secundus.

p. 36d. In versu Panyasis: *εἴ τις τόν γε πίοι καὶ ἀπότροπος οἴκαδ' ἀπέλθοι* pro *ἀπότροπος* fortasse scribendum est *ὑπότροπος*, quod etiam apud Homerum in Odyss. *φ* 211 legitur: *εὐξαμένου ἐμὲ αὖτις ὑπότροπον οἴκαδ' ἱκέσθαι* idemque *ψ* 35.

p. 37b. *ἐκθερμανθέντας ὑπὸ τῆς μέθης.* Recte Schw. pro codicum lectione *ἀπὸ*, quam Ohlertus quidam in Berl. philol. Wochenschrift 1888 restitui vult, *ὑπὸ* coniecit, quae emendatio cum multis aliis exemplis firmari potest, tum his, quae apud Athenaeum inveni: p. 34b *ὑπ' οἴνου μεθυσθέντες*, p. 38c *ὑπὸ τοῦ ἀκράτου καμπτομένους*, p. 130b *καρηβαροῦντες ὑπὸ τῆς μέθης* (apud Herodianum legitur II, 1 *ἀπὸ μέθης ἐκραιπάλων*), p. 511b, p. 522d.

Ibidem cd. ἐγκληθέντες οἱ νεανίσκοι ἔτι ναυτιῶντες ἀπεκρίναντο. Ad participium ναυτιῶντες adici velim particulam ὡς.

Ibid. e. Σωτῆρας ὑμᾶς ἐπιφανεῖς. Lectio ἐπιφανεῖς pro codicum ἐπιφανῶς, quae Meinekeo debetur, firmatur exemplo, quod apud Diodorum VI, 6 invenitur: ἔσχον (sc. Διόσκοροι) δόξαν ἐπιφανεῖς βοηθοὶ τοῖς παρὰ λόγον κινδυνεύουσι γινόμενοι.

p. 38c. αὗται (sc. Ὧραι) γὰρ καὶ τὸν τῆς ἀμπέλου καρπὸν ἐκτρέφουσι. K., cui ἐκτρέφουσι suspectum est, scribendum esse censet ἐκφέρουσι, sed hoc mihi minus probatur quam illud collato loco in Xenoph. Oec. c. 17, 10 ἣν μέντοι ἐκτρέφειν ἐᾷς τὴν γῆν διὰ τέλους τὸ σπέρμα εἰς καρπόν· χαλεπὸν τῇ ἀσθενεῖ γῇ ἐς τέλος πολὺν καρπὸν ἐκφέρειν. Confer etiam Herodot. I, 193.

Ho c p. 41f. διὸ καὶ θοίνας καὶ θαλείας καὶ μέθας ὠνόμαζον. K. collato Hesychio μέθας ut glossam delevit, sed dubito an recte coniectum non sit. Nam quod Hesychius voces θαλείας et μέθας idem valere notat, non satis causae opinor est, cur putemus Seleucum scriptorem, illo loco, in quo potissimum eae voces enumerantur, quas originem cepisse putat ab eisdem rebus sacris, hanc omisisse. Ibidem in sententia: τὸ δὲ μεθύειν φησὶν Ἀριστοτέλης τὸ μετὰ τὸ θύειν αὐτῷ (sc. οἴνῳ) χρῆσθαι cum Schw. post Ἀριστ. desideraverim praepositionem διά, nam e superiore sententia supplendum est ὠνόμαζον. — Alteram huius vocis etymologiam exhibet Athenaeus p. 363b εἰς ἃς (εὐωχίας) δὴ συνιόντες οἱ τὸ θεῖον τιμῶντες καὶ εἰς εὐφροσύνην καὶ ἄνεσιν αὑτοὺς μεθιέντες τὸ μὲν ποτὸν μέθυ .... προσηγόρευον.

p. 44c. τὸν δ' ἱδρῶτα αὐτῶν δυσώδη οὕτως ἔχειν. Pro αὐτῶν, quod K. delevit, scribendum esse puto αὐτούς. — Ibidem pro ὃν ἐβίω χρόνοι malim ὃν διεβίω χρόνον.

Ibidem d. *οἴνου δὲ καὶ τῶν ἄλλων πάντων ἀπείχετο πλὴν ὕδατος*. K. scribi vult *ποτῶν πάντων*, ego *πάντων* corruptum esse suspicor ex *ποτῶν*, ita ut legendum sit: *καὶ τῶν ἄλλων ποτῶν*, *πάντων* propter *πλὴν ὕδατος* in hac sententia minime requiritur.

Ibidem f. *ὁ μὲν γὰρ ὑδροποτῶν καὶ μεριμνῶν τὰς νύκτας*. K. propter insequens, ut mihi quidem videtur, *κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην* desiderat ad *νύκτας* vocem *πάσας*. sed nullo addidamento opus est, confer p. 207 *προσκαρτερῶν καὶ αὐτὸς τὰς ἡμέρας*. Pronomine *ἑκάστην* vis antithesis augetur.

p. 45d. *ὅτι τοῖς προπίνουσιν ἐπιτεταμένως οὐκ οἰκείως διατίθεται ὁ στόμαχος, ἀλλὰ μᾶλλον κακοῦται καὶ πολλάκις φθορὰν τῶν ληφθέντων παρασκευάζει*. Pro *οἰκείως* legitur p. 79f *ἀστείως: τὰ γὰρ σῦκα οὐκ ἀστείως διατίθησι τὸν στόμαχον*. Pro *φθορὰν* K. rectius scribi putat *φθορὰς*, quod etiam in codice F. et p. 53c legitur, sed propter *πολλάκις*, quod ibi omissum esse videmus, numerus singularis tuendus est.

p. 47c. In ecloga Alexidis comici in versu: *ἢ μὴ ποθοῦντ' ᾠδὰς ποιητὴν καὶ μέλη*. Pro *ποθοῦντ'*. Mein. *ποιοῦντ'*, sed hoc K. vix recte coniectum esse putat. Ego coll. Anaxandride p. 222b. *ἡδονὴν ἔχει, ὅταν τις εὕρῃ καινὸν ἐνθύμημά τι, δηλοῦν ἅπασιν* aut *δηλοῦντ'* aut *πλέκοντ'*, quod in fragmento Ctesiae p. 600d *τὸν δὲ γυναικείων μελέων πλέξαντα πότ' ᾠδὰς* legitur, proposuerim.

p. 49e. *κοκκύμηλα οὖν ἐστι ταῦτα· ὧν ἄλλος τε μέμνηται καὶ Ἱππῶναξ*. Alterum testem. qui sub *ἄλλος* latet, Archilochum esse conicio ex loco Poll. onom. I, 232 *χρῆται δὲ καὶ Ἀρχίλοχος τῷ τῶν κοκκυμήλων ὀνόματι*.

p. 51. *παμπόλλοις χρόνοις πρεσβύτερος*. K. in medio relinquit, utrum scribendum sit *χρόνοις* an *ἔτεσι*, ego malim *ἔτεσι*, quod p. 116d *πολλοῖς ἔτεσι τούτων πρεσβύτερος* legitur.

Ibidem d. καὶ ὅτι πρότερον τῶν ἄλλων ἀκροδρύων φαίνεται (sc. μόρον). Versus insequentes: καὶ μορέης, ἣ παισὶ πέλει μείλιγμα νέοισι, πρῶτον ἀπαγγέλλουσα βροτοῖς ἡδεῖαν ὀπώρην intuens pro φαίνεται substituendum esse arbitror πεπαίνεται.

p. 52b. ὅτι αἱ Νάξιαι ἀμυγδάλαι διὰ μνήμης ἦσαν τοῖς παλαιοῖς· καὶ γίνονται ὄντως ἐν Νάξῳ τῇ νήσῳ διάφοροι. Pro μνήμης scribere malim τιμῆς. eadem elocutio invenitur etiam p. 283a οὐ μόνον τῷ Ποσειδῶνι ὁ πομπίλος ἐστὶ διὰ τιμῆς —.

Ibidem d. ἐπακτικώτατα δὲ πρὸς πότον τὰ ἀμύγδαλα προεσθιόμενα. Sequitur Eupolidis ecloga:

δίδου μασᾶσθαι Ναξίας ἀμυγδάλας
οἶνόν τε πίνειν Ναξίων ἀπ' ἀμπέλων.

K. verba Eupolidis non suo loco esse suspicanti assentiri non possum, nam comici verbis Athenaeum potius confirmare voluisse apparet amygdalis sitim incitari, quam in Naxo insula egregias gigni amygdalas.

p. 52f. ὅτι περὶ τῆς προφορᾶς τοῦ τόνου τῆς ἀμυγδάλης Πάμφιλος μὲν ἀξιοῖ ἐπὶ τοῦ καρποῦ βαρύνειν ὁμοίως τῷ ἀμυγδάλῳ· τὸ μέντοι δένδρον θέλει περισπᾶν, ἀμυγδαλῆ καὶ ῥοδῆ. K. scribendum esse opinatur: ὁμοίως τῷ ῥόδῳ ἀμύγδαλον. Mihi et haec Pamphili, quae afferuntur, et reliquam quaestionem περὶ τῆς προφορᾶς τοῦ τόνου τῆς ἀμυγδάλης contemplanti neque quicquam addendum neque mutandum esse videtur. Quaeritur de fructu amygdalae, utrum ἀμυγδάλη gravi accentu an ἀμυγδαλῆ ultima circumflexa pronuntietur, ut Philoxenus p. 53 ἀμφότερον περισπᾷ.

p. 54c. ἐστὶ γὰρ τοῦτο τὸ χείριστον. Recte Dobraeus articulum superlativo addidit, confer p. 229c καὶ τοῦτ' ἦν τὸ πολυτελέστατον et p. 115a, vide etiam Kuehner. gr. Gr. p. 513. Ohlertus in Berl. philol. W. lectionem vulgatam tuendam esse censet.

p. 55e. ἐπεὶ καὶ νῦν οὕτω λέγεται. Ante καὶ supplendam esse puto particulam ἔτι, quam etiam aliis locis adverbio νῦν additam esse videmus ut p. 149b τοῦτο γὰρ ἔτι καὶ νῦν ... ἔχει τοὔνομα, p. 266d καὶ αὐτῷ ἔτι καὶ νῦν οἱ δραπέται ἀποφέρουσιν, p. 154d.

p. 57. ἐπὶ τῆς ῥαφανίδος εἴρηκε τὴν ῥάφανον. Pro ἐπὶ substitui malim ἀντὶ.

p. 58c. ᾔτει πιεῖν ἐν ψυκτῆρι. K. praepositionem ἐν delevit, sed loco simili p. 262 cum dativo eam coniunctam esse legimus: καὶ πιεῖν αἰτήσαντος ἐν τῷ Σαυρία βομβυλιῷ.

p. 62. καὶ τὸ ἐν τῇ Θρᾴκῃ δὲ γενόμενον οἶτόν. Pro aoristo desideratur praesens γινόμενον.

Ibidem b. οὔ φασι πρότερον εἶναι πρὶν ἢ γενομένης ἐπομβρίας τὸ σπέρμα κατενεχθῇ. Pro εἶναι propter πρότερον fortasse scribendum est φαίνεσθαι.

p. 65c. διὸ βέλτιον ὀνομάζοιτ' ἂν δι' ἑνὸς λ̄. Antecedente ἁλίσκονται et συκαλλίδες ponendus est in hac sententia numerus pluralis ὀνομάζοιντ'.

p. 71c. πολλῆς ... κινάρας φυομένης οἵτε ... στρατιῶται πάντες δρεπόμενοι συνεχρῶντο. Pro συνεχρ. K. conicit συχνῇ ἐχρῶντο, ego malim legi: σίτῳ ἐχρῶντο, confer infra p. 72d οἱ περὶ τὰ ἕλη τούτῳ σίτῳ χρῶνται.

Liber tertius.

P. 73b. *δύο μὲν οὖν ἤνεγκέ πως ἔτη καρπὸν ἐκτενῶς καὶ ηὔξησε.* K. pro activo *ηὔξησε* conicit passivum, sed activum servandum est secundum Diod. V, 41 *συνεργοῦντος πρὸς τελείαν αὔξησιν τῶν καρπῶν,* etiam adverbium *τελείως* addi possit.

p. 83. *τὸ Περσικόν φησι . . . πιεζόμενον πλεῖστον ἔλαιον ἀνιέναι.* Pro *ἀνιέναι* et hoc loco et p. 91b malim scribi *ἀφιέναι,* confer p. 92b *τὰ ἑψόμενα ἀφίησι ἅλμην.*

Ibidem f. *ὧν φησιν ὁ Θεόφραστος περὶ χρόας, περὶ ὀδμῆς, περὶ φύλλων τὸ κίτριον . . .* Quoniam de colore citri supra nihil expositum est, totum Theophrasti exemplum et eam partem huius quaestionis p. 84d, qua contra aspidum morsum remedium inventum esse hoc malum demonstratur, contemplatus pro *χρόας* substituendem esse puto *χρείας.*

p. 84d. *οὗτος κατεδίκασέ τινας γενέσθαι θηρίων βορὰν . . . καὶ ἔδει αὐτοὺς ἀποσίτοις ζῴοις παραβληθῆναι.* Haud scio an Valckenarius lectionem codicis *ἅπασι τοῖς ζώιοις* non recte emendaverit, nam hac ratione sententia posteriore eadem fere significantur, quae priore *γενέσθαι θηρίων βορὰν,* ego sub his verbis nomen bestiarum illarum latere ratus sic scribi malim: *ἔδει αὐτοὺς ἀσπίσι τοῖς ζῴοις,* quae scriptura non longius distat a codice.

Ibidem. *παραβληθέντες πελωρίοις καὶ ἀγριωτάτοις ζῴοις ταῖς ἀσπίσι.* K. hoc loco *ταῖς ἀσπίσι* tollendum esse putat, ego deleri malim appositionem ut molestam. Vox *ἀσπίς* legitur p. 99b: *ἰοχέαιραν τὴν ἀσπίδα τὸ ζῷον.*

Ibidem f. *εὑρέθη τὸ κίτριον ἀντιφαρμακον ὂν παντὸς δηλητηρίου* —. Participio, quod K. addidit, sententia non eget, confer p. 81c *ἀπεδείχθη δὲ καθόλου τὰ μῆλα δυσκατεργαστότερα τῶν ἀπίων* et p. 148d *ὁ πᾶς αὐτῶν πλοῦτος ηὑρέθη . . . ἐν ταλάντοις τετρακοσίοις τεσσαράκοντα.*

p. 85. *ἐὰν δέ τις ἐν μέλιτι Ἀττικῷ . . . κίτριον συνεψήσῃ μετὰ τοῦ σπέρματος.* K. praepositionem *ἐν* delendam esse putat, sed confer p. 83e *ἐὰν γάρ τις ἑψήσῃ ἐν ζωμῷ* —.

Ibidem f. *τὰ παιδάρια . . . εἰς τὸ στόμα λάβωσιν, αὐλεῖν ἐν ταύταις* (sc. *λεπάσιν*). Hac in sententia praepositionem *ἐν* delendam esse opinor collato loco p. 176d *ὥσπερ οὖν τοὺς τῷ καλάμῳ αὐλοῦντας* et p. 184 *τῶν πρότερον ἑνὶ καλάμῳ συριζόντων.*

p. 91. *αἱ δὲ βάλανοι . . . διαφέρουσι παρὰ τοὺς τόπους.* Recte K. coll. p. 317 f pro *παρὰ* coniecit *κατὰ*, quae coniectura etiam firmatur altero exemplo p. 355b *ἡ δὲ πέρκη τούτοις προσεοικνῖα κατὰ τόπους ὀλίγῳ διαλλάττει.*

Ibidem b. *καὶ οἱ ἐν τῷ ξύεσθαι τὴν σάρκα γαλακτῶδες ἀνιέντες.* Pronomen indefinitum *τι*, quod etiam aliis locis adiectivo excidit, post *γαλακτῶδες* inserendum est; legitur p. 64e *καὶ μάλιστα τῶν ἐχόντων ὁλκιμόν τι* et 314b *ἔχειν τε χονδρῶδές τι.* Excidit praeter hunc locum p. 64c et 248f.

p. 92b. *διόπερ ὠμὰ μὲν ἐσθιόμενα κοιλίας ἐστὶν ὑπακτικὰ διὰ τὴν ἁλυκότητα, τὰ δὲ* —. Verba huic sententiae antecedentia *διὰ τὴν ὑγρότητα τὴν ἐν αὐτοῖς ἁλυκὴν* intuens ut glossam importunam delendum esse puto *διὰ τὴν ἁλυκότητα.*

Ibidem c. *ἀλυποτάτην ἔχει διάθεσιν.* Pro *ἔχει* requiro *παρέχει.*

p. 93e. *ἐξ ὧν καθαλλομένους εἰς τὴν θάλασσαν . . . ἀναφέρειν διπλοῦς κόγχους.* In hac sententia subiectum velut *κολυμβητὰς* post *καθ.* supplendum est.

p. 94c. *μετὰ ταῦτα περιηνέχθησαν πίνακες ἔχοντες . . ., ὥσπερ ἔθος ἐστὶν ἐν τοῖς κατὰ τ. Α. λεγ. ἑφθοπωλίοις.* Fortasse scribendum est *ἐστὶ κἀν τοῖς κτλ.*

p. 95d. *καὶ τόπος δέ τις οὕτω καλεῖται Ῥύγχος περὶ Στράτον τῆς Αἰτωλίας.* Aut *οὕτω* aut *Ῥύγχος* delendum et post *Στρ.* participium *ὤν* supplendum est.

p. 100c. *ἀλλὰ μήν, ἔφη ὁ Οὐλπιανός, καὶ τὸν περὶ τῆς μήτρας λόγον ἀποδώσω.* Collato loco p. 96f post particulam *καὶ* inserendum esse puto adverbium *νῦν.*

p. 104b. *τὸν καλὸν Χρύσιππον κατιδόντα ἀκριβῶς τὴν Ἐπικούρου φύσιν.* Mein. coniecit *κατειδότα*, quod invenimus apud comicum quendam p. 471e *ἦ που κατειδὼς τὴν γυναικείαν φύσιν*, sed ego puto Athenaeum potius scripsisse *κατέχοντα*, quod verbum in simili sententia apud Damoxenum supra p. 102b legitur: *μάγειρον — μὴ Δημόκριτόν τε πάντα διανεγνωκότα, μᾶλλον δὲ κατέχοντα — καὶ τὸν Ἐπικούρου κανόνα.* Confer etiam p. 378 *καὶ τὰς δυνάμεις κατέχοντα.*

p. 107b. *ἐπεὶ τὰ νῦν διὰ μνήμης οὐ κρατεῖς.* In hac sententia supplendum est obiectum *αὐτὴν* (sc. *ἐκλογὴν*), confer p. 127c *εἰ καὶ μὴ τὰ μαρτύρια κρατῶ.*

p. 108a. *δύο λίθους . . . παραπλησίους τοῖς ἐν τοῖς ὀστρείοις.* Auctore Wilam. K. *ἐν τοῖς* supplevit, sed nihil addendum erat, est enim haec comparatio, quae vocatur compendiaria, confer Kuehner gr. Gr. p. 360. Possit etiam substitui adiectivum *ὀστρεΐνοις*, quod invenitur p. 97c.

Ibidem f. *περὶ οὗ καὶ σύγγραμμά ἐστι Πολέμωνι.* K. aut *Πολέμωνος* (ut legitur p. 20 de *οὗ ἐστι καὶ σύγγραμμα περὶ ὀρχήσεως*) aut *πεποιημένον Πολέμωνι* (pro quo malim secundum p. 139c et 662f *ἐκδεδομένον*, aut *καταλελειμμένον* secundum p. 184e) scribendum esse censet, sed lectio codicis servari potest, confer p. 552d *Φιλιππίδης, καθ' οὗ λόγος*

ἐστὶν Ὑπερείδῃ τῷ ῥήτορι et Diog. Laërt. X 83 καὶ ἥδε μέν ἐστιν αὐτῷ ἐπιστολὴ περὶ τῶν φυσικῶν.

p. 109e. ὥστε . . . θαυμαστόν τι συντελεῖ. καθάπερ ἀνανήφειν πολλάκις γίνεται. Post καθάπερ supplenda est propter θαυμαστόν particula γάρ.

p. 110e. ἤτοι τοῦ ἐξ ὀρύζης γινομένου ἢ ἀπὸ τοῦ ἐν Αἰθιοπίᾳ γιγνομένου σπέρματος. Collato Poll. onom. VI 73 ante alterum participium, quod melius opinor textu movetur, recipi velim ὀρίνδου.

p. 113b. οὗτος δὲ ὁ ἄρτος λέγεται Καππαδόκιος. Quoniam supra de eodem pane dictum est: παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησι καλεῖταί τις ἄρτος ΑΠΑΔΟΣ, in hac sententia particula καὶ post verbum λέγεται inserenda est.

Ibidem d. ταῦτ' ἐκθεμένου τἀρχεστράτεια δόγματα τοῦ Ῥωμαίων μεγαλοσοφιστοῦ ὁ Κύνουλκος ἔφη. Etsi non inepte mihi extremam partem orationis Arriani intuenti K. pro lectione codicis τἀριστάρχεια coniecisse videtur τἀρχεστράτεια, tamen lectionem servandam esse puto. Agitur enim hoc loco de grammatico (confer e) Arriano, qui de panibus placentisque locutus est, et restituta lectione maiorem irrisionem sententiae inesse opinor.

Ibidem f. ἑτέροις οὐ παραχωροῦντες φθέγγεσθε καὶ τὰς ἡσυχίας οὐκ ἄγετε. Post φθέγγεσθε adverbium ἀεὶ intercidisse videtur.

p. 114a. ἕως ἄν τις ὑμῖν ὡς κυνιδίοις ἄρτων ἢ ὀστέων προσρίψῃ. K. conicit ὀστέων τι, quod mihi minime probatur, fortasse scribendum ἄρτου τι ἢ ὀστοῦν.

p. 115f. διὸ οὐχ ὑγιαίνειν τοὺς αὐτὸν ἐσθίοντας. Post articulum τοὺς supplendum esse puto ἀεὶ, confer p. 47 τοὺς προσφερομένους αὐτὰ ἀεὶ ἐπ' ἀρίστῳ ἀνόσους διατελεῖν.

p. 116d. ὅτου μέν ἐστι τὰ ποιήματα . . . ὑμῶν ἐστι κρίνειν

τῶν δοκιμωτάτων γραμματικῶν. Pro κρίνειν, quod mihi sufficere non videtur, malim διακρίνειν.

p. 119f. ὥς φησιν Ἄλεξις ἐν Ἐπιδαύρῳ οὕτως. Particulam οὕτως, quae in hac sententia minime ferri potest, textu movendam esse puto.

p. 121e. δεῖν λέγων ἁλμυροὺς λόγους γλυκέσιν ἀποκλύζεσθαι νάμασι. Similem sententiam in Plut. quaest. conv. VII 706 D legimus: ἔξεστι μετάγειν ἐπὶ τὸν Εὐριπίδην καὶ τὸν Πίνδαρον καὶ τὸν Μένανδρον ʽποτίμῳ λόγῳ ἁλμυρὰν ἀκοήνʼ ὥς φησιν ὁ Πλάτων ʽἀποκλυζόμενονʼ.

Ibidem f. ἐπιχωρίῳ κέχρημαι κατὰ τὴν συνήθειαν φωνῇ. K. lectionem codicum epitomes ἐπιχωρίοις . . . φωναῖς rectiorem esse arbitratur, sed spectant verba ad unam vocem δηκόκταν, qua Cynulcus supra usus est.

p. 123b. ἐν δʼ Ἀλειπτρίᾳ — φέρεται τὸ δρᾶμα καὶ ὡς Ἀλέξιδος —. Fortasse scribendum est φέρεται δὲ τὸ αὐτὸ δρᾶμα . . ., confer p. 127c τὸ δʼ αὐτὸ τοῦτο δρᾶμα φέρεται καὶ ὡς et p. 642d τὸ δʼ αὐτὸ δρᾶμα καὶ ὡς . . .

p. 124c. ὀρύξαι φάσκων τὸν Ἀλέξανδρον ὀρύγματα τριάκοντα ψυχεῖα. Recte K. ὀρύγματα e textu sustulit, confer p. 123d ἐν Κιμώλῳ τῇ νήσῳ φησὶ ψυχεῖα κατεσκευάσθαι θέρους ὀρυκτά, quo loco apparet ψυχεῖα vim substantivi habere.

p. 125b. κεῖται μὲν ὁ φιλοτάριχος . . . παρʼ Ἀντιφάνει ἐν Ὀμφάλῃ οὕτως. Fortasse legendum est λέγοντι οὕτως, ut p. 169 τὸ μὲν ἀσώτιον ἔχεις παρὰ Στράττιδι ἐν Χρυσίππῳ λέγοντι οὕτως.

Liber quartus.

P. 129. *ὡς Πρωτέας . . . ἔπινε πλεῖστον (ἦν γὰρ πολυπότης ὡς καὶ ὁ πάππος αὐτοῦ. .)* K. recte sub praepositione *ἐπὶ*, quam et codex A et omnes editiones exhibent, formam verbi *πίνειν* latere vidit, sed in eo erravisse mihi videtur, quod imperfectum pro aoristo posuit. Nam dubium non est, quin Hippolochus scribere voluerit Proteam in illo convivio nuptiali plurimum potavisse; eundemque potatorem fuisse in parenthese memorat.

Ibidem. *καὶ ἐπεισῆλθον ἄλλαι φέρουσαι ληκύθους.* Cum in sententia superiore *αὐλητρίδες καὶ μουσουργοὶ καὶ σαμβυκίστριαι* enumerentur, in hac post *ἄλλαι* desideratur *γυναῖκες.*

p. 130c. *καὶ πολλοὺς κατέρρηξεν ἡμῶν γέλωτας.* Pro *ἡμῶν* praestat scribere *ἡμῖν.*

Ibidem d. *σὺ δὲ μόνον ἐν Ἀθήναις μένων εὐδαιμονίζεις.* K. sic scribi vult: *σὺ μὲν οὖν*, ego pro *μόνον* substituendum esse arbitror *μᾶλλον*, quod coniungendum est cum verbo *εὐδαιμ.*

p. 134c. *ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἰσοστάσιον.* Aut scribendum est *Ἰσοστασίῳ* aut inserendus ante *Ἰσοστ.* dativus *δράματι.*

p. 141d. *μὴ μέλλοντα γε προσφέρεσθαι. μέλλοντα*, pro quo K. *μέλλοντας* scribi vult, tuendum est, nam verbum *προσφέρεσθαι* hoc loco vim passivi habet.

p. 143c. *τοῦτο κοινῇ πάντες πίνουσιν οἱ κατὰ τὴν κοινὴν τράπεζαν.* Accusativus *τοῦτο* ferri potest, confer p. 180 *τὸν ὀκτακότυλον ψυκτῆρα πίνουσι* et 432d, sed pro *κοινὴν*, quod mihi ineptum videtur, substitui velim *αὐτήν.*

p. 144c. *μυρίοι δὲ τεχνῶνται τί ἂν ἡδέως φάγοι.* Non

satis intelligo, qua de causa insequentibus verbis: *τί ἂν ἡδέως φάγοι* K. *μυρίοι* in *μυρία* mutare velit.

p. 148c. *λειτουργούντων αὐτῷ τῶν ἐξ Ἰταλίας μεταπεμφθέντων ἀκροαμάτων*. Fortasse excidit *ἐπιφανεστάτων* aut *δοκιμωτάτων*.

Ibidem d. *προῄει καὶ οὕτως ἐσκευασμένος ἐδίκαζεν*. Pro simplici compositum *διεσκευασμένος* requiro, quod legitur p. 130, 195c, 198b in similibus sententiis.

Ibidem d. *εἰς ταῦτα ἔστιν ἀποβλέποντας τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς ἀγαπᾶν τὴν Ἑλληνικὴν πενίαν* —. Pro *τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς* scribendum esse opinor *ὄντα ὑπὲρ ἡμᾶς*.

p. 149e. *μετὰ δὲ ταῦτα κατακλιθέντες λαμβάνουσι* —. Cum antecedant verba *καὶ κατακλιθέντες ἐπανίστανται*, in hac sententia participio *κατακλιθέντες* particula *πάλιν* addenda est.

p. 150. *γυναικὶ δὲ οὐκ ἔξεστιν εἰσιέναι . . . ἢ μόνῃ τῇ αὐλητρίδι*. Ante particulam *ἢ* supplendum est *ἄλλῃ*.

Ibidem d. *Ἀριάμνην . . . . ἐπαγγείλασθαι ἑστιᾶσαι Γαλάτας πάντας*. Aoristus *ἑστιᾶσαι*, pro quo K. futurum postulat, ferri potest, confer Kuehner. gr. Gr. p. 164.

p. 152f. *ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῇ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ ἱστόρησεν*. Wilam. pro aoristo perfectum ponendum esse existimat, sed codicis lectio servanda est, confer p. 265c *ὁ μὲν οὖν Θεόπομπος ταῦθ' ἱστόρησε*, 266e *ὁ μὲν οὖν N. ταῦτα ἱστόρησε*, alia exempla vide p. 448e, 520d, 655e.

p. 153d. *Μεγασθένης δ' ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Ἰνδικῶν τοῖς Ἰνδοῖς φησιν . . . παρατίθεσθαι ἑκάστῳ*. Ante dativum *τοῖς Ἰνδοῖς* praepositionem *παρὰ* intercidisse puto, quae in similibus sententiis huius de conviviis partis invenitur, confer p. 149d *παρὰ δὲ Ναυκρατίταις . . . ἐν τῷ πρυτανείῳ δειπνοῦσι*, 150d *παρὰ δὲ Γαλάταις ἐπὶ ταῖς τραπέζαις . . . παρατίθεσθαι*, 153d.

Ibidem f. *ἐκάλουν . . . ἐπὶ δεῖπνον τοὺς φίλους ἐπί τε ἄλλοις*

καὶ ὅπως ἂν . . . ζεύγη ἴδοιεν μονομάχων, ὅτε καὶ χορεσθέντες . . . εἰσεκάλουν τοὺς μονομάχους. K.: 'fort. *οὓς καὶ* deleto v. 2 *τοὺς μονομάχους.*' Ego sententiam hoc modo emendaverim: *ζεύγη ἴδοιεν μονομαχοῦντα καὶ χορεσθέντες ... ἐκάλουν τοὺς μονομάχους.* Hac ratione etiam extrema verba *τοὺς μονομάχους* servari possunt.

p. 154d. *τήν τε στολὴν τὴν πολεμικὴν . . . ἔτι καὶ νῦν Μαντινικὴν ἀποκαλοῦσι.* Pro verbo *ἀποκαλοῦσι* Herwerdenus aliud compositum *ἐπικαλοῦσι* conicit, sed id, quod codex exhibet, servandum est, confer p. 229c *τοὔνομα οὐ δυναμένη ἀλλάξαι ἀργυροῦν καὶ χρυσοῦν ἀπεκάλει κέραμον* et 607d *καὶ μακάριον τὸν βασιλέα ἀπεκάλουν.*

Ibidem e. *ἔοικεν δὲ πεποιῆσθαι τὸ ὄνομα οὐκ ἐκ τοῦ μάχη, ἀλλ' ἐκ τοῦ μάχεσθαι* —. Cum toto capite nominativi, quo casu pronuntiatio vocis *μονομάχος* cognoscitur, nulla fiat mentio, ante *τὸ ὄνομα* inseri necesse est nominativum *ὁ μονομάχος.*

p. 155f. *ταῦτ' εἰπεῖν εἶχον.* Pro *ταῦτ'* malim scribi *τοσαῦτ'*, quod legitur p. 174e *καὶ τοσαῦτα μὲν ἔχω σοι ἐγὼ λέγειν* et 387e *τοσαῦτά σοι περὶ . . . ἔχων λέγειν.*

p. 156e. *Διονυσίων γὰρ ὄντων Ἀθήνησι παρελήφθην πρὸς αὐτόν.* K. conicit *πρὸς αὐτοῦ*, qui casus etiam p. 180c legitur: *ἐν αἷς παρείληπτο μὲν ἡ γαμουμένη πρὸς τοῦ νυμφίου.* Sed haec sententia aliter intelligenda est. Ego scribendum esse puto aut *πρὸς αὐτὴν* (sc. *ἑστίασιν*, quae vox antecedit) aut *αὐτὸ* (sc. *δεῖπνον*, quae vox et ipsa illo loco abhibetur). Confer similem sententiam apud Diod. Sic. II, 24 *καὶ πρὸς τὰς ἑστιάσεις . . . ἐκτενῶς ἅπαντας παρελάμβανε.*

p. 157. *γέλωτος οὖν ἐπιρραγέντος παρῆν.* Substantivo *γέλωτος*, quod mihi sufficere non videtur, addi velim *πολλοῦ*, quod etiam legitur p. 211c *γέλωτος οὖν πολλοῦ καταρραγέντος.*

Ibidem d. *πεπεισμένους τὴν ἀπόλυσιν τῆς ψυχῆς μετὰ τῆς τῶν κυρίων γίγνεσθαι γνώμης.* Particula *οὕτως* si adiciatur,

haec verba artius eis, quae praecedunt, astringantur et sententiae elegantia augeatur.

Ibidem f. *καὶ τῶν τοῦ Εὐρυσθέως υἱῶν τὰς μερίδας ἑκάστῳ παρατιθέντων, τῷ δ'Ηρακλεῖ ταπεινοτέραν.* Pro articulo *τας* fortasse praestat propter alteram partem genitivi absoluti scribere *μεγάλας*.

p. 158. *εἰ καὶ πάντα Ἡρακλέους ζηλωταί.* Ante *πάντα* praepositionem *κατὰ* suppleri velim.

Ibidem d. *οὐκ ἐνέγκας ὁ κύων παρορασθεῖσαν τὴν περὶ τῆς φακῆς πολυμάθειαν.* Desideratur ante *πολυμ.* pronomen *αὐτοῦ*.

p. 159b. *τὸν δὲ ἕτερον ῥαψάμενον εἴς τινα χιτῶνα καὶ ἐνδύντα.* Mein. scribi vult: *εἰς τὸν χιτῶνα*, ego opinor *τινα* pronomen quasi concentu vocis *χιτῶνα* invectum esse in textum et idcirco delendum.

p. 163e. *ἔδοξαν εἶναί τινες ἀπὸ τοῦ Διοδώρου προαχθέν.* Propter Timaei verba, quae sequuntur: *τὴν ἐξηλλαγμένην εἰσαγαγόντος κατασκευὴν* et Sosicratis *κόμην τε φορῆσαι κατά τινα τῦφον τὴν ἐπιτήδευσιν ταύτην εἰσαγαγόντα* (sc. *Διόδωρον*) haud scio an rectius pro praepositione *ἀπὸ* substituatur *ὑπὸ*.

p. 164. *εἰ . . . τὴν αὐτάρκειαν ἀσπάζεσθε καὶ τῶν δείπνων τὰ εὐτελῆ.* Accuratius scribitur *μόνα τὰ εὐτελῆ*.

p. 165d. *τούτων γὰρ ἐμνημονεύσατ' ἐν τοῖς —*. K. Wilam. auctore pro codicis lectione, qui personam tertiam pluralis exhibet, secundam pluralis posuit, sed vereor, ne recte. Nam collectis et collatis omnibus locis, in quibus aliquam rem iam memoratam esse Athenaeus indicat, plurimis locis eum perfecto passivi (*προείρηται*), aliis prima persona pluralis modo perfecti modo aoristi uti, in nulla autem huiusmodi sententia secundam personam investigavi. Conf. p. 402 *οὗ ἐμνημονεύσαμεν ἐν τοῖς πρὸ τούτων*, 415d *περὶ δὲ . .*

προειρήκαμεν. alia exempla vide p. 168e, 193, 372e. Qua de causa hoc loco *ἐμνημονεύσαμεν* scribendum est.

p. 167e. *τῶν ἰδίων μου προσόδων ἐκποιουσῶν*. Pro genitivo *μου* propter adiectivum *ἰδίων* codicis C lectionem *μοι* in textu recipiendam esse puto.

p. 183d. (Cap. LXXXI) *ὃ νῦν . . . μετασχηματισθὲν διασῴζει τὴν τοῦ χρησαμένου προσηγορίαν*. Sensus postulat, ut participio *χρησαμ*. numerale *πρῶτον*, quod etiam p. 266 legitur, adiciatur.

Liber quintus.

P. 185b. *ὡς νενόμισται ἄγειν συμπόσια*. Pro *ἄγειν* substituerim compositum *συνάγειν*.

p. 181f (Cap. XI). *καὶ τῶν σκευῶν διατιθέμενος*; ante *διατιθέμενος* ego *ἐξέτασιν* aut *σύγκρισιν* intercidisse opinor.

p. 188e. *καὶ τῶν περὶ τὴν ἐδωδὴν παρατεθέντων*. Pro *περὶ*, quod antecedenti elocutioni *τῶν περὶ τὸν Τηλέμαχον* debetur, scribendum est *πρὸς*, confer p. 262b *παρεφάνη πλῆθος οἰκετῶν τὰ πρὸς τὴν ἐδωδὴν εἰσκομίζοντες* et p. 534d *παρεῖχον καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν*.

p. 194. *ἐν δὲ ταῖς πρὸς τὰς πόλεις θυσίαις καὶ ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς κτλ*. K. conicit (conf. praef. III. voluminis) pro *θυσίαις*, quod ineptum est, *εὐεργεσίαις*, quae coniectura firmatur exemplo, quod apud Diodorum in frgm. lib. XXVIII legitur: *τὰς τῶν Ῥωμαίων εἰς τοὺς Ἕλληνας εὐεργεσίας ἀνενεώσατο*. Et ego pro *τιμαῖς*, quod propter *πρὸς τοὺς θεοὺς* mihi suspectum videtur, *φιλοτιμίαις* scribendum esse puto, confer Demosth. Lept. 82 *αὐτὸς δ' ἐν ὀρφανίᾳ τέθραπται διὰ τὴν πρὸς*

ὑμᾶς φιλοτιμίαν τοῦ πατρός et Aesch. 3, 19 τὰς πατρῴας οὐσίας εἰς τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀνελωκότας φιλοτιμίαν.

Ibidem b. καταχυθῆναι τῆς κεφαλῆς μέγιστον κεράμιον πολυτελεστάτου μύρου τῆς στακτῆς καλουμένης. Verba τῆς στ. καλ., in glossematis loco habenda esse puto et idcirco delenda. Ibidem ὡς πάντας ἀναστάντας κυλίεσθαι τοὺς λουομένους. K. auctore Wilam. articulum τοὺς recepit, qui non desideratur, confer eundem locum p. 438f ὡς καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀγοραιοτέρων εἰς τὸ ἐκχυθὲν συγκυλισθῆναι.

p. 195f. ἀναπηδήσας ὠρχεῖτο καὶ ὑπεκρίνετο μετὰ τῶν γελωτοποιῶν, ὥστε πάντας αἰσχυνομένους φεύγειν. Apud Diodorum, qui eadem sed copiosius Polybio tradit, legimus, cur omnes prae pudore diffugerint: est enim ante ὠρχεῖτο supplendum γυμνός.

p. 196. θαυμασάντων δὲ τῶν δαιτυμόνων τήν τε τοῦ βασιλέως διάνοιαν ὡς . . . ὑπῆρχε . . . προσέθηκεν ὁ Μασούριος . . . κτλ. Propter particulam τε post verbum ὑπῆρχε K. orationem hiare putat et hiatum his fere verbis: καὶ τὴν Μασουρίου σοφίαν expleri vult, ego, si qua supplenda sunt ac non potius particula τε e textu movenda est, quoniam infra cap. LXIV Masurium omnes propter σοφίαν admirantur, et quod idem pompam alterius regis expositurus est, haec suppleverim: καὶ τὴν τῆς πανηγύρεως μεγαλειότητα vel τὴν τῆς χορηγίας ὑπερβολήν.

p. 198. ᾧ γυνὴ περικαλλεστάτη κατὰ τὸ μέγεθος εἵπετο πολλῷ χρυσῷ καὶ διαπρεπεῖ . . . κεκοσμημένη . . . Ante κατὰ τὸ μ. supplendum esse arbitror καὶ ἴση et ante κεκοσμημένη substantivum χιτῶνι, confer p. 200e κεκοσμημέναι χιτῶσι πορφυροῖς, vel ἱματίῳ, quod p. 201e legitur: ἠκολούθουν γυναῖκες ἔχουσαι ἱμάτια πολυτελῆ καὶ κόσμον.

p. 201. ἐχόμενοι τούτων ἦσαν Αἰθίοπες δωροφόροι. Totam

narrationem perlegentes quoniam videmus Callixenum in pompis singulis enumerandis uti verbis, quibus vis movendi inest, verbumque ἦσαν subiecto Αἰθίοπες δωροφόροι minime accommodatum esse, dubium mihi non videtur, quin pro ἦσαν scribendum sit ᾔεσαν. Confer etiam p. 199e ἐχόμενοι τούτων ἐπόμπευον οἱ . . . φέροντες.

Ibidem c. Διόνυσος περὶ τὸν τῆς Ῥέας βωμὸν καταπεφευγώς. Praepositio ἐπὶ pro περὶ substituenda est, idem mendum inveni etiam p. 178b ὡς ἦλθεν ἐπὶ τὸν Κήυκος οἶκον, ubi legitur in codice A: περὶ τὸν Κ., etiam p. 19 in verbo composito hae praepositiones inter se confunduntur: ἐφ' ἧς ἐπιγέγραπται, pro quo codex epitomes E περιγέγραπται exhibet.

Ibidem f. πολλῶν οὖν καὶ ποικίλων εἰρημένων ἐν ταῖς πομπαῖς ταύταις μόνα ἐξελεξάμεθα. Verbum εἰρημένων et K. et Wilam. suspectant, quorum ille παρηγμένων (potius περιηγμένων ut p. 200b) hic εὑρημένων conicit; sed verbum εἰρημένων tuendum esse puto. Sunt enim haec ipsius Athenaei verba, quem etiam aliis locis narrationem interrumpere videmus, non Kallixeni; suppleri possit ante εἰρημένων nomen Καλλιξείνῳ. Confer p. 200b et 201b.

p. 203b. ποία, ἄνδρες δαιτυμόνες, βασιλεία οὕτως γέγονε πολύχρυσος. Pro nominativo ποία dativum ποίᾳ substituerim, confer Herodotum I. 30 κοίῃ δὴ κρίνεις Τέλλον εἶναι ὀλβιώτατον et Aristoph. av. 1219 ποίᾳ γὰρ ἄλλῃ χρὴ πέτεσθαι τοὺς θεούς —. Ibidem: Πακτωλὸν ἔχουσα χρυσοῦν ψῆγμα καταφέροντα. Pro χρυσοῦν malim χρυσοῦ genitivum, confer p. 233d ψήγματα χρυσοῦ καταφέρει et Strab. III. 147 ἐν δὲ τοῖς ἐπικλύστοις ἀπολάμπει τὸ τοῦ χρυσοῦ ψῆγμα.

Ibidem c. καὶ περὶ πάντα ἐσπουδάκει τὰ κατασκευάσματα φιλοτίμως, ὥστε καὶ πλοίων πλήθει πάντας ὑπερέβαλλεν. Post

φιλοτίμως haec fere excidisse suspicor: *μάλιστα δὲ περὶ ναυπηγίας.*

p. 207 f. *ἱππῶνες ἦσαν ἑκατέρου τῶν τοίχων δέκα.* Malim *ἑκατέρῳ.*

p. 209. *χωρὶς δὲ τούτων ὁ ἐπισιτισμὸς ἦν.* Pro *ἦν* substituendum esse puto *ἐνῆν.*

Ibidem b. In sententia: *καὶ γὰρ ἦν σπάνις σίτου* desideratur *τότε.*

p. 211 f. *ταύτης οὖν εἴτ' ἐξ αὐτοῦ τεκούσης εἴτ' ἐξ ἄλλου τινὸς ὁμώνυμος Ἀθηνίωνι τῷ δεσπότῃ παρετρέφετο.* Post *τινὸς* haec fere verba excidisse videntur: *παῖς ἐγένετο καὶ*, in eadem sententia *Ἀθηνίωνι* fortasse delendum est.

p. 212 c. *συνέτρεχον δὲ πολλοὶ καὶ ἄλλοι θεαταί.* Ante *καὶ ἄλλοι* inserendum esse puto *ἀστοὶ*, confer c *πλήρης δ' ἦν καὶ ὁ Κεραμεικὸς ἀστῶν καὶ ξένων.*

p. 213 c. *καὶ ἐάσας τοὺς πολλοὺς συλλαλῆσαι περὶ τῶν —.* Verbum *συλλ.* requirit *ἀλλήλοις* vel, quod infra e legitur, *αὐτοῖς.*

p. 214 d. *ὅτε μὲν γὰρ ἐφιλοσόφει καὶ τὰ περιπατητικά —.* Vereor, ne K. recte particulam *καὶ* deleverit, nam Athenion et ipse peripateticus fuit, possit etiam augeri pronomine *αὐτός.*

p. 215 d. *πάντων τῶν Ἀθηναίων φυγόντων, πολλῶν δὲ καὶ ἀπολομένων.* K. pro *πάντων* postulat *πολλῶν*, sed lectio codicis sine dubio vera est.

Ibidem. *καὶ πολλὰ παρὰ τοὺς χρόνους γράφοντες οὐκ αἰσθάνονται.* Wilam., cui *αἰσθ.* non sufficit, conicit *αἰσχύνονται.* Sed duos locos huius de philosophis quaestionis intuens. p. 216 b *ὁ τῇ Μνημοσύνῃ φίλος Πλάτων* et ibidem f *τὸ κατὰ τοὺς χρόνους ἀστόχημα* non verisimile esse arbitror scriptorem hoc verbo usum esse.

p. 218c. ἐν οὖν τούτῳ τῷ δράματι. Recte K. collocavit ἐν τούτῳ οὖν τῷ δρ., confer p. 334f διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν, p. 332 autem legitur ἐν οὖν τῷ πεδίῳ τούτῳ.

p. 219b. τοῦ καὶ ἐν τῷ συμποσίῳ κατὰ Πλάτωνα. Supplendum est συμπαρόντα.

Liber sextus.

P. 224d. οἱ διὰ τὴν γαστέρα παράσιτοι ὀνομαζόμενοι ἢ κόλακες. K. auctore Wilam. particulam ἢ delevit, sed eam servari posse opinor, confer p. 224c καί τις τῶν παρασίτων καὶ κολάκων ἔφη, loco p. 262 etiam cognosci potest vocem κόλαξ ab eadem re ductam esse, qua παράσιτος: κυρίως δ' ὁ κόλαξ ἐπὶ τούτου κεῖται . κόλον γὰρ ἡ τροφή —.

p. 229e. ἐν τῷ Πλούτῳ τῷ δράματι. Recte K. in praefatione III voluminis articulum ante δράματι delevit, nam eis locis, in quibus articulum appositioni praepositum videmus, forma articuli fabulae discrepat ab appositione, confer p. 379c ἐν τοῖς Ἀδελφοῖς τῷ δράματι et 381c, 451f κἀν Οἰδίποδι δὲ τῇ τραγῳδίᾳ.

p. 230e. ἐν δὲ τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Φακῇ. Hoc uno loco titulus fabulae cum antecedenti appositione ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι congruit, omnibus ceteris huius generis locis titulum fabulae in primo casu positum invenimus, confer p. 108f ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Σικελία, 363c ἐν τ. ἐ. δρ. Ἐμπολή, alia exempla vide p. 142f, 230d.

p. 232e. Ὀνόμαρχος δὲ καὶ Φάυλλος καὶ Φάλαικος —. Totum Ephori fragmentum attentius mihi contemplanti

et cogitanti haec uno tempore facta esse, Phalaecus, Onomarcho natus, huic expeditioni interfuisse non videtur. Qua de causa verba *καὶ Φάλαικος* textu movenda esse censeo.

p. 233a. *ἡ μὲν σκυθρωπὴ οὖσα κατὰ τὸν βίον.* Wilam. scribendum esse putat *σκυθρωπός*, sed haec forma feminina etiam apud Plutarchum invenitur, confer Moral. 139F *εἰ χαίροντος μὲν εἰκόνα σκυθρωπὴν ἀποδίδωσι.*

p. 234b. *ἀφωσιώκασι δὲ οὗτοι τὸν χρυσὸν καὶ οὐκ εἰσφέρουσιν.* Accuratius scribitur *οὐκέτι.*

p. 242f. *Χαιρεφῶντος δὲ τοῦ παρασίτου μέμνηται μὲν κἀν τοῖς πρὸ τούτων.* K. conicit *μεμνημόνευται*, ego suspicor excidisse *Μάτρων.* Spectant enim verba *κἀν τοῖς πρὸ τούτων* ad Matronis convivium Atticum, quod idem Plutarchus deipnosophistis p. 134d exposuit, et ad versum 8 *σχεδόθεν δέ οἱ ἦν παράσιτος Χαιρεφόων, πεινῶντι λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς.*

p. 250d. *καὶ ὁ Δημοκλῆς 'εὖ γε νὴ τοὺς θεοὺς ἐπιτετίμηκας —.* Post *εὖ γε* supplendum est obiectum *μοί.*

p. 256. *οἱ δὲ Προμάλαγγες ζητοῦσιν ἄν τι τῶν ὑπὸ τῶν Γεργίνων προσαγγελθόντων οὐκ ἀνάξιον εἶναι ζητήσεως δόξῃ.* In sententia secundaria a Kaibelio emendata litotes *οὐκ ἀνάξιον* mihi non probatur, fortasse verba *ὅτι ἄν* ut dittographia delenda sunt.

Ibidem b. *ἅμα καὶ οἰκισμὸν τῆς τῶν προγόνων χώρας.* Pro *οἰκ.* malim scribi *ἀνοικισμόν.*

p. 260c. *πλείους τε τῶν Θετταλῶν τῶν αὐτῷ πλησιασάντων ᾕρει μᾶλλον ἐν ταῖς συνουσίαις.* Wilam. in lectione codicis *ᾑρεῖτο μᾶλλον* participium velut *κατακηλῶν* latere putat, sed ego ea, quae supra dicuntur: *ἀρέσκειν αὐτοῖς ἐπειρᾶτο καὶ ὀρχούμενος καὶ κωμάζων* intuens participium *κολακεύων* vel *κωμάζων* sufficere arbitror. — Similem sententiam legimus

apud Ael. in var. hist. III, 16 *Δημήτριος μὲν βίᾳ καὶ πλεονεξίᾳ καὶ λυπῶν τὰ μέγιστα καὶ ἀδικῶν ᾕρει τὰς πόλεις . . , Τιμόθεος δὲ πείθων καὶ διδάσκων λόγῳ.*

p. 261 c. *ἐμφανίζουσι δ' αὐτοῦ τὸ περὶ ταῦτα ἱλαρὸν αἱ ὑπ' αὐτοῦ γραφεῖσαι σατυρικαὶ κωμῳδίαι.* Collata sententia antecedenti, qua eadem de Sulla dicuntur, ante articulum *αἱ* supplendam esse puto particulam *καί*.

p. 263. *καὶ τὸ ἔθος διαμένειν ἐν τῇ θυσίᾳ.* Fortasse excidit *ἔτι καὶ νῦν*, confer p. 476 b *διαμένει δὲ ἔτι καὶ νῦν*, 573 d *τὸν ἔτι καὶ νῦν διαμένοντα*, 673 b.

p. 266 d. *καὶ αὐτῷ ἔτι καὶ νῦν οἱ δραπέται ἀποφέρουσιν ἀπαρχὰς πάντων.* Pro *ἀποφέρουσιν* fortasse scribendum est *ἐπιφέρουσιν*, confer p. 98 b *καὶ ἔθος τότε τοῖς κατοιχομένοις τὰς χοὰς ἐπιφέρειν.*

p. 271 e. *ὡς ἂν καὶ τὰ ἴδια ἐκποιῶσιν.* Pro *καὶ τὰ ἴδια* scribendum esse puto *κατὰ τὰ ἴδια.*

Liber septimus.

P. 278. *Ἀρχέστρατος ἐν τῇ Γαστρολογίᾳ (οὕτως γαρ ἐπιγράφεσθαί φησι Λυκόφρων ἐν τοῖς περὶ κωμῳδίας, ὡς τὴν Κλεοστράτου τοῦ Τενεδίου Ἀστρολογίαν)* —. In priore parte sententiae subiectum *τὴν ἐποποιΐαν* articulo *τὴν* posterioris postulatur.

Ibidem d. *οὗτος γῆν πᾶσαν καὶ θάλασσαν περιῆλθεν ἀκριβῶς, ἐμοὶ δοκεῖ, τὰ πρὸς τὴν γαστέρα ἐπιμελῶς ἐξετάσαι* —. Wilam. scribi vult *καὶ ἐπιμελῶς*, ita ut etiam alterum adverbium *ἀκριβῶς* referatur ad *ἐξετάσαι*, sed hoc coniungen-

dum est cum *περιῆλθε*, ut p. 314f idem adverbium cum *διέπλευσε* coniunctum videmus: *ὃς ἀκριβῶς οὕτως διὰ λιχνείαν καὶ τὸν πορθμὸν διέπλευσε.*

p. 286b. *Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ ζῴων καταριθμῶν αὐτὰ ἐν τοῖς σελάχεσιν.* Praeter hunc locum activum verbi *καταριθμεῖν* duobus solis invenitur p. 9d et 338, ceteris autem omnibus locis: p. 86d, 169b, 282d, 285b, 326f, 329f, 388d, 608 medium.

p. 287b. *ὠνομάσθη* (sc. *κορακῖνος*) *γὰρ ἀπὸ τοῦ τὰς κόρας κινεῖν.* Ante *τὰς κ.* excidit *διηνεκῶς*, confer p. 309 *ὠνομάσθησαν δὲ διὰ τὸ διηνεκῶς τὰς κόρας κινεῖν καὶ οὐδέποτε παύσασθαι.*

p. 287f. *ὃς τοῖς τετραδισταῖς μὲν παρέθηκεν ἐσθίειν.* Villebrunus pro *ἐσθίειν*, quod Schw. pro codicum *ἐσθίων* substituit, *ἑστίων* legi vult, ego autem *ἐσθίειν* tuendum esse arbitror, confer p. 110b *ἐγκρυφίας ὃν καὶ Ἀλεξανδρεῖς τῷ Κρόνῳ ἀφιεροῦντες προτιθέασιν ἐσθίειν.* Fortasse 287f agitur de coquo publico, qui p. 659d memoratur: *τὸν τοῖς τετραδισταῖς διακονούμενον μάγειρον ἐν τῇ τῆς Πανδήμου Ἀφροδίτης ἑορτῇ.*

p. 289c. *καὶ ἄλλος δ' αὐτῷ τῶν περισωθέντων Ἀσκληπιοῦ στολὴν ἀνα λαβὼν συμπεριεφθείρετο.* Pro verbo *συμπ.*, quod mihi suspectum videtur, requiro *συμπεριεφέρετο*, quod idem significat, quod verba, quae supra in eadem re adhibita invenimus (confer b *ὅτι ὑπακούσονται αὐτῷ* ibidemque *ἠκολούθουν.*) Verbum *συμπεριεφέρεσθαι* saepius apud Athenaeum legimus, confer p. 275b, 438, 548, 624d.

p. 290. *οὐ μόνον ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ἀνεκηρύττετο . . .*, *ἔθνον δὲ αὐτῷ.* Ante *αὐτῷ* inserendum est *καί.*

p. 293. *ἐν Ἐγκλειομέναις* (*οὕτω γὰρ ἐπιγράφει τὸ δρᾶμα*). Pro *ἐπιγράφει* scribendum videtur *ἐπιγράφεται.*

p. 296c. *καὶ τὴν ἐγγὺς τῆς Καρίας νῆσον ἔρημον κατοικίσαντα.* Desideratur post *ἔρημον* participium *οὖσαν.*

Ibidem d. *ἐν τῷ τῆς θαλάσσης βυθῷ φανῆναι.* Recte coniecisse videtur Empirius *ἀφανισθῆναι*, quae coniectura firmatur loco simili p. 620 *καὶ βουλόμενον τοῖς θερίζουσιν δοῦναι πιεῖν βαδίζοντα ἐφ' ὕδωρ ἀφανισθῆναι —.*

p. 297 f. *Λάκιον τὸν Ἀργεῖον τῶν σὺν Μόψῳ ἀφικομένων.* Post *Ἀργ.* supplendum est *ἕνα.*

p. 314. *τοῦτο δὲ ποιῶν ἀναγκάσεις τὸ σοὶ δοκοῦν λαβεῖν αὐτόν.* K. pro *αὐτόν*, quod ei suspectum est, *αὐτός* substitui vult, sed non est, opinor, quod *αὐτόν* suspectemus, sententia integra est: ‚coges eum (confer p. 313f *πρὸς τοὺς ἀτενίζοντας καὶ μὴ συγκαθιέντας τῇ τιμῇ*), ut accipiat id, quod tibi (non illi) satis fuerit visum.‘

p. 329e. In Antiphanis Tyrrheno:

ἓν γὰρ τοῦτό μοι
τὸ λοιπόν ἐστιν, καὶ κακῶς ἀκούσομαι

pro *τὸ λοιπόν* coniecerim *κατάλοιπον*, confer p. 382c *τοῦτο γὰρ νὴ τὸν Δία ἐστὶ κατάλοιπον.*

Liber octavus.

P. 331. *ὡς αὐτόθι διὰ τὴν τοῦ ἀέρος εὐκρασίαν.* Fortasse ante *ἀέρος* participium *περιέχοντος* omissum est, quod p. 196d *ἡ γὰρ Αἴγυπτος καὶ διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ἀέρος εὐκρασίαν* legitur.

Ibidem c. *τὴν Ῥώμην Λυσιτανίαν ἑκάστοτε παρέχων ἐμπίμπλησι παντοίων ἀγαθῶν ὁσημέραι.* Post *ἐμπίμπλησι* supplendum est *τὸ συμπόσιον.* — Eadem fere Athenaeus in prooemio de Laurentio dicit p. 3c *καὶ ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις δὲ παρακαλῶν πατρίδα, φησί, τὴν Ῥώμην πᾶσιν ἀποφαίνει.*

p. 333c. *καὶ ὡς ὁ Σαρπηδὼν ληφθεὶς ἀνεχώρησεν —.* Pro *ληφθεὶς*, quod mihi ineptum videtur, Casaubonum recte *λειφθεὶς*, quod saepius apud Diodorum Siculum legitur, coniecisse arbitror, conf. IV. 66, 4 *οἱ δὲ Θηβαῖοι λειφθέντες τῇ μάχῃ* et II. 25 *καὶ τὸ μὲν πρῶτον γενομένης ἐν τῷ πεδίῳ παρατάξεως ἐλείφθησαν οἱ τὴν ἀπόστασιν ποιούμενοι.*

p. 335b. *τὸν Ἀρχέστρατον ... μετὰ Φιλαίνιδος κατατάττοντα.* K. requirit *συγκατατάττοντα*, sed huic verbo dativus subiungendus est, ut verbo *συγκαταλέγειν* aliisque talibus compositis, *συγκαταλέγειν* legitur p. 112d, 416e, 570d.

p. 339b. *πιθανώτατα ἐν τούτοις ὁ Ἀντιφάνης καὶ τὸν Μισγόλαν κεκωμῴδηκεν ὡς ἐσπουδακότα περὶ κιθαρῳδοὺς καὶ κιθαριστὰς ὡραίους.* Verba *καὶ κιθαριστὰς* delenda sunt, nam in Antiphanis ecloga, quae affertur, ad quam haec verba spectant, *κιθαρισταί* non memorantur: *καὶ μὴν ἀληθῶς τοῖς*

κιθαρῳδοῖς ὡς σφόδρα ἅπασιν οὗτος ἐπιπεφυκὼς λανθάνει. In hunc locum *κιθαριστὰς* ex Aeschinis insequenti exemplo irrepsisse videtur: *ἔχειν περὶ αὑτὸν κιθαρῳδοὺς ἢ κιθαριστάς.*

p. 345d. *τί οὖν, ἔφη, τοὺς συζῶντάς σοι οἴει πάσχειν, εἰ σὺ μίαν ἡμέραν μὴ δεδύνησαι ἐνεγκεῖν ὀψοφαγίαν;* Antigoni verba, quae praecedunt, intuens aut secundum Diogenem Laërtem *τὴν ἐμὴν ὀψοφαγίαν* scribendum esse puto aut *ἀνοψίαν*, quod legitur p. 242f *ἔφερόν τε δεινῶς τὴν ἀνοψίαν πάνυ.*

p. 346d. *καὶ διὰ τόδε νόμιμον ἔτι διαμένειν.* Fortasse legendum est *ἔτι καὶ νῦν*, confer ea, quae de verbo *διαμένειν* p. 263 diximus.

Ibidem f. *ἑκόντες παρελίπετε ὡς ἱερόν τινα ἰχθὺν τὸν παρ' Ἐφίππῳ τῷ κωμῳδιοποιῷ, ὅν φησι . . .* Collata ecloga, quae subsequitur, ante relativum *τὸν μέγαν καλούμενον* inserendum esse puto.

p. 351. *Μυννάκου δ' αὐτῷ περὶ μουσικῆς διαμφισβητοῦντος.* Post *Μυνν.* excidisse *τοῦ σκυτοτόμου* verisimile est.

Ibidem c. *τοὺς δὲ Ῥοδίους ἐκάλει λευκοὺς Κυρηναίους καὶ μνηστήρων πόλιν.* Accuratius scribitur *καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ῥόδον μνηστήρων πόλιν.*

p. 352c. *ζηλωτὴς δὲ διὰ τῶν εὐτραπέλων λόγων τούτων ἐγένετο ὁ Στρατόνικος Σιμωνίδου τοῦ ποιητοῦ.* Auctore Wilam. K. genitivo *λόγων* praeposuit *διά*, sed genitivus hac praepositione carere potest, confer Kuehner. gr. Gr. p. 288; pro *τούτων* malim scribi *τοιούτων*.

p. 357b. *τὴν μὲν ἐδωδὴν ἡδεῖαν ἔχει.* Fortasse *παρέχει.*

p. 360e. *περὶ τῶν κατοικησάντων τὴν νῆσον Φοινίκων.* Excidit ante verbum *πρότερον.*

Ibidem e. *καὶ τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ῥᾳθυμοτέρως εἶχον.* Non recte Mein. articulum *τὰ* delevit, confer Diodorum XXXI. 4 frgm.: *ὑπόπτως γὰρ εἶχον οἱ Ῥωμαῖοι τὰ πρὸς τὸν Εὐμένη.*

p. 363d. *οἱ δ' ἀρχαῖοι καὶ τοὺς θεοὺς ἀνθρωποειδεῖς ὑποστησάμενοι καὶ τὰ περὶ τὰς ἑορτὰς διέταξαν.* Ante *διέταξαν* requiro *οὕτως*.

p. 364. *ἐπὶ νοῦν λαμβάνοντες τὰ εἰρημένα ὑπὸ τοῦ τὸν Χείρωνα πεποιηκότος.* Nescio, qua de causa K. negationem *οὐ* ante *λαμβάνοντες* omiserit, quae propter versus sequentes postulatur et in omnibus ceteris editionibus invenitur.

Liber nonus.

P. 368f. *ἑξῆς δὲ τούτων πολλῶν καὶ παντοδαπῶν ἐπιφερομένων ἡμεῖς ἐπισημανούμεθα τὰ μνήμης ἄξια.* Ante articulum *τα* supplendum est *μόνα*, ut legitur p. 201f.

p. 375. *κυρίως δ' αἱ θήλειαι οὕτως λεχθεῖεν ἂν αἱ δελφύας ἔχουσαι.* Pro articulo ante *δελφύας* substituenda est particula *ἅτε*, pro qua codex C exhibet *ὡς*.

Ibidem c. *καὶ νῦν δὲ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ἱέρειαν οὐ θύειν ἀμνήν.* Adverbio *νῦν* particulam *ἔτι* adiungi velim.

Ibidem d. *Πτολεμαῖος δ' ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς ἐν τῷ ἐνάτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων.* Cum omnibus ceteris locis, in quibus huius Ptolemaei operis mentio fit ab Athenaeo, *ὑπομνημάτων* inscribatur, etiam hoc loco ita scribendum est.

p. 377f. *καὶ οὐδὲν ἧττων τῶν ἰατρῶν εἰς ἀλαζονείαν.* Comparativo *ἥττων* ab Casaubono inducto secundum p. 623d *ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδὲν ἐλάττων εἶναι νόμιζεται* hanc comparativi formam praetulerim.

p. 380e. *τὸ γὰρ γεῦσαι ἔχομεν ἐν Εὐπόλιδι ἐν Αἰξί.* Quoniam Athenaeum in afferendis exemplis nullo loco nomen

poëtae cum praepositione *ἐν* coniunxisse videmus, hoc loco aut ut p. 287d *ἐν δὲ ταῖς Εὐπόλιδος Αἰξίν* genitivus aut cum Dindorfio ut p. 409b *παρ' Εὐπόλιδι ἐν Αἰξίν* dativus praepositione *παρά* addita legendum est.

p. 384c. *ἦσαν δὲ καὶ ἡμίκραιραι.* Pro verbo simplici, quod mihi non sufficit, fortasse compositum *παρῆσαν* substituendum est, confer p. 395f *παρῆσαν δὲ πολλάκις ἡμῖν καὶ οἱ καλούμενοι —.*

p. 386c. *ταῦτά σοι παρ' ἡμῶν τῶν ζώντων . . . ἀπεμνημόνευσα.* Collato loco p. 385 *ὀψάριον γὰρ παρ' οὐδενὶ τῶν ζώντων λεγόμενον οἶδα* ante verbum *ἀπεμν.* supplendum esse arbitror *περὶ ὀψαρίου.*

p. 387a. *εἷς δὲ καὶ οὗτός ἐστι τῶν τῆς μέσης κωμῳδίας ποιητῶν.* Recte Musurius ut p. 387b articulum *τῶν* addidit, nisi forte pro *ποιητῶν* nominativus *ποιητής* ponendus est, confer p. 402b *εἷς δ' ἐστὶν οὗτος τῆς Ἰταλίας καλουμένης κωμῳδίας ποιητής.*

p. 391. *ἄλλος δέ τις ὄπισθεν στὰς καὶ λαθὼν συλλαμβάνει τῇ περὶ τὴν μίμησιν ἡδονῇ κατεχομένους.* Ante *τῇ* aut *τοὺς* aut *αὐτοὺς* desideratur.

p. 398f. *εἰσῆλθέ τις φέρων ἐν τῷ ταλάρῳ τὸν τέτρακα.* Pronomen *τις* mihi non sufficit, addendum videtur *τῶν παίδων.*

p. 400d. *ἐγένετο δὲ τὸ πλῆθος τοῦτο Ἀναφαίου τινὸς ἐμβαλόντος.* Pro *τοῦτο* malim *τοσοῦτο.*

p. 401c. *προφέρεσθαι . . . σὺν τῷ σ σῦς ἐτυμότερον· παρὰ τὸ σεύεσθαι γὰρ καὶ ὁρμητικῶς ἔχειν τὸ ζῷον εἴρηται.* Oratio contracta et compendiata videtur, confer eadem p. 74b *ὠνομάσθαι δὲ σικύους . . . ἀπὸ τοῦ σεύεσθαί καὶ κίειν· ὁρμητικὸν*

γὰρ εἶναι. Fortasse scribendum est: *παρὰ τὸ σεύεσθαι γὰρ διὰ τὸ ὁρμητικῶς ἔχειν.*

p. 402c. *κρέασιν αἰγείοις χρώμενον.* Supplendum est *μόνοις*, confer p. 44c *καὶ μόνα σῦκα προσφερομένους.*

Liber decimus.

P. 412. *Ἡρακλῆς . . . ἔρχεται ἐπὶ Καύκωνας καὶ δεηθείσης Ἀστυδαμείας* —. Pro *Καύκωνας* accusativo substituendus est genitivus *Καύκωνος*, quem et ceterae editiones exhibent et Aelianus in v. hist. I. 24 *Διὸς παῖς ἐς Καύκωνος ἀφίκετο* tradit. Etiam verbis *δεηθείσης Ἀστυδαμείας* perspicuum est, Herculem in domum Cauconis ipsius venisse. Legitur eadem fere sententia p. 178b *ὡς ἦλθεν* (sc. *Ἡρακλῆς*) *ἐπὶ τὸν τοῦ Κήυκος οἶκον.*

Ibidem b. *εἶτα θωρηχθεὶς προκαλεῖται Ἡρακλέα.* In hac sententia propter verba Matridis insequentia: *καὶ εἰς πολυποσίαν προκληθῆναι ὑπὸ τοῦ Λεπρέως* supplendum est *εἰς μονομαχίαν.*

p. 419c. *ὅπως ἡδὺν πότον ποιῶνται μὴ μόνον εἰς τὸ παρόν* —. Scribi malim *ἡδὺν τὸν πότον*, ita ut adiectivum praedicative intelligatur.

Ibidem e. *μᾶλλον γὰρ ἡμᾶς τῇ μεθ' ἑαυτῶν συνουσίᾳ προσῆκόν ἐστιν εὐεργετεῖν ἢ τῷ πλήθει* —. Pro *εὐεργετεῖν*, quod sensui parum aptum mihi videtur, conicio *εὐαρεστεῖν.*

p. 421c. *καὶ Μνησίμαχος . . . παράγει τι συμπόσιον πολέμου παρασκευὴν ἐπαγγελλόμενον.* Post *πολέμου* excidisse opinor adverbium *μᾶλλον.*

p. 424f. *καὶ διασῴζεται Φλυῆσιν.* Intercidit fortasse *ἔτι.*

p. 426 d. *ἡ δ' οὖν κρᾶσις αὕτη παρὰ τὸ ἔθος οὖσα ἐπέμνησε τάχα καὶ τὴν θρυλουμένην παροιμίαν.* Pro *ἐπέμνησε*, quod mihi propter *θρυλ.* suspectum est, scribendum esse arbitror *ἐπενόησε*, quod verbum apud Athenaeum saepius legitur.

p. 428. *ἔτι καὶ νῦν τοῦτο παραμένει παρ' ἐνίοις τῶν Ἑλλήνων.* K. conicit *διαμένει.* Etsi haec coniectura pluribus locis p. 476 b *διαμένει δὲ ἔτι καὶ νῦν*, 526 d *ἔτι καὶ νῦν διαμεμένηκε*, 673 b *τὸν καὶ νῦν ἔτι διαμένοντα* firmatur, tamen lectio codicis servanda est propter unam huic simillimam sententiam, in qua etiam *παραμένει* legitur: p. 631 *ἡ δὲ πυρρίχη παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν οὐκ ἔτι παραμένει.* Uno autem loco p. 496 d pro *διαμένει*, quod Xenophon ipse scripsit, ab Athenaeo vel epitomatore eius compositum *καταμένει* in textum inductum est: *νῦν δὲ τὸ μὲν μὴ εἰσφέρεσθαι ἔτι αὖ καταμένει.*

p. 432 d. *προπόσεις δὲ τὰς γινομένας ἐν τοῖς συμποσίοις Λακεδαιμονίοις οὐκ ἦν ποιεῖν.* Ante *γινομένας* desideratur aut *ἄλλοθι* aut *παρὰ τοῖς ἄλλοις.*

p. 434. *καὶ εὐρώστῳ τῷ σώματι διῆγε.* Haec constructio mihi suspecta videtur, fortasse aut adverbium *εὐρώστως* aut participium *εὐρωστῶν* ponendum est, ita ut *τῷ σώματι* dativo vel participium vel locutio *εὐρώστως διῆγε* limitatetur, conf. p. 44 c *οὐδενὸς ἧττον διακεῖσθαι σώμασι ἐρρωμενεστέρους* et 46 f *πῶς ἂν ὑγιῶς τις διάγοι —.*

p. 435 c. *περιήγετο γὰρ πανταχοῦ τοὺς τοιούτους ὁ Φίλιππος.* K. conicit *συμπεριήγετο*, sed compositum simplex, quod codex exhibet, sententiae sufficit, confer p. 260 f *καὶ περιήγοντο μὲν δύο καὶ τρεῖς ἑταιρουμένους*, 532 c *ὅς γε περιήγετο στρατευόμενος αὐλητρίδας καὶ ψαλτρίας —*, 533 b *ὡς περιήγετο μὲν ἀεὶ νεανίσκους —.*

p. 438b. *Μυκερῖνον δὲ τὸν Αἰγύπτιον ὁ Ἡρόδοτος* —. Cum subsequantur verba: *καὶ Ἄμασιν δὲ τὸν καὶ αὐτὸν Αἰγυπτίων βασιλέα* scriptum fuisse verisimile est, pro *τὸν Αἰγύπτιον τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα.*

Ibidem d. *πολυπότης δὲ ἦν καὶ Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς ... ὁ ὁμηρεύσας παρὰ Ῥωμαίοις, ὃν ἱστορεῖ Πτολεμαῖος ... φάσκων αὐτὸν εἰς ... πολλὰ ἀναλίσκειν.* Pro relativo *ὅν*, quod propter verba subsequentia *φάσκων αὐτὸν* ineptum est, Schweigh recte coniecisse videtur *ὡς*, quod etiam legitur p. 461ef *Ἡρακλεῶται δ'εἰσὶν οὗτοι οἱ ὑπὸ τῇ Οἴτῃ κατοικοῦντες, ὥς φησι Νίκ. ὁ Θ., ὀνομασθῆναι φάσκων αὐτοὺς* —.

p. 440a. *ὁ αυτός Γενθίωνά φησι τὸν τῶν Ἰλλυριῶν βασιλέα.* Antecedentibus verbis: *Ἄγρωνα τὸν Ἰλλυριῶν βασιλέα* articulo adiciendum est: *καὶ αὐτὸν.*

Ibidem e. *ὁ Ξέναρχος ... γυναῖκα παράγει φρικτότατον ὅρκον ὀμνύουσαν τόνδε*

ἐμοὶ γένοιτο σοῦ ζώσης, τέκνον,
ἐλευθέριον πιοῦσαν οἶνον ἀποθανεῖν.

Quippe cum his versibus vis iuramenti insit, optativo secundum Kuehner. gr. Gr. p. 996, 7 particulam *οὕτως* addi oportet. Qua particula addita etiam versus expletur: *οὕτως ἐμοὶ γένοιτο σοῦ ζώσης, τέκνον,* —.

p. 442c. *διὸ καὶ πολεμουμένων ποτὲ αὐτῶν καὶ οὐ προσκαρτερούντων τοῖς τείχεσι* —. *πολεμούντων* non accurate dictum est, desideratur propter extrema verba *πολιορκουμένων.* Apud Aelianum, qui eundem Damonis locum in var. h. III 14 tradit, legimus: *διὰ ταῦτά τοι καὶ Λεωνίδης ὁ στρατηγὸς αὐτῶν ἐν πολιορκίᾳ ἰσχυρᾷ* —.

Ibidem e. *ἐτύγχανον* (sc. *Χαλκιδεῖς*) *γὰρ τῶν μὲν βελτίστων ἐπιτηδευμάτων ὑπερορῶντες* —. Pro superlativo, quo sensus iusto magis circumscribitur, substituendus est compara-

tivus *βελτιόνων*, ex quo superlativum duabus litteris corruptis ortum esse verisimile est. Confer similem sententiam p. 261 d. *Τιρυνθίους . . . φιλόγελως ὄντας, ἀχρείους δὲ πρὸς τὰ σπουδαιότερα τῶν πραγμάτων —.*

p. 443 d. *οὗ τοὺς ἐκπαθῶς μεταλαμβάνοντας οὐ κακῶς ὁ . . . Διονύσιος ἐν τοῖς ἐλεγείοις κυλίκων ἐρέτας ἔφη· καί τινες οἶνον ἄγοντες ἐν εἰρεσίᾳ Διονύσου —.* Aut post *ἐρέτας* excidit *ὀνομάζων* aut post *ἔφη* locutio *τάδε* vel locutio *οὕτως λέγων.*

p. 447 c. *πίνουσι δὲ βρῦτον ἔκ τινων ῥιζῶν, καθάπερ οἱ Θρᾷκες ἐκ τῶν κριθῶν.* Pro *πίνουσι* substituendum esse puto et propter extrema verba et propter ea, quae praecedunt: *ἐκ ῥιζῶν κατασκευάζεται τὸ βρῦτον* verbum *πιέζουσι.*